Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

qui simul contristaretur et non fuit: et qui
cõsolaretur et non inueni. Et dederunt in
escam meam fel: et in sitim meam potauerunt
me aceto. Fiat mensa eorum coram ipsis
in laqueum: et in retributiones et in scanda
lum. Obscurentur oculi eorum ne uide
ant: et dorsum eorum semper incurua.
Effunde super eos iram tuam: et furor
ire tue comprehendat eos. Fiat habitatio
eorum deserta: et in tabernaculis eorum nõ
sit qui inhabitet. Quoniam quem tu p
cussisti persecuti sunt: et super dolorem uul
nerum eorum addiderunt. Apone ini
quitatem super iniquitatem eorum: et nõ
intrent in iusticiam tuam. Deleantur de
libro uiuentium: et cum iustis non scri
bantur. Ego autem sum pauper et do
lens: salus tua deus suscepit me. Lauda
bo nomen dei cantico: et magnificabo
eum in laude. Et placebit deo super ui